



**Aurea Rosa id est preclarissiam[!] expositio sup[er]  
euangelia totius anni: de Tempore [et] de Sanctis. tam  
s[ecundu]m ordine[m] Predicato[rum] q[uam]  
s[ecundu]m Curia[m]**

**Mazzolini, Silvestro**

**[Augsburg], 31. Okt. 1510**

**VD16 M 1750**

Cap[itulum] sextu[m] qu[od] in eade[m] littera su[n]t plures sensus  
l[itte]rales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70429)

## De sensibus scripturarum

radice eius ascendet. Et similiter Joā. iij. Respicite regiones tē. Exemplū poterit haberi in chā venditione: que significat factis in venditione Joseph Gen. xxxvij. et verbis in Zach. xj. ubi dicit. Appenderunt mercedē meā triginta argenteis. Cū ergo dicimus sensum diuine scripture aliter legorū dicit ab allegoriam loquimur de allegoria facta per sba immediate. Talis em̄ in omni sua specie ptinet ad sensum litteralem: siue illo modo significet aliquid historialiter gestum: siue ptinens ad fidē vel mores: aut ad futuram felicitatem. Sed tūc per allegoriam intelligimus eaz que fit rebus tū immediate. Et sic patz qd sensus sit dicendus allegoricus. Quia sō sensus moralis et anagogicus nō habent specialiter difficultates: de his nihil specialiter sciendū putamus.

**Cap. sextum qd in eadē littera sunt plures sensus srales.**

**Qstz vidimus quot**

**p** et qui sunt diuine scripture sensus: restat vna difficultas enucleanda: An scz diuina scriptura sub eadem littera continere possit multos sensus litterales historicos. De hoc enim viri magni nonnunq̄ dissentiūt. Et om̄is alijs: etiā eorum qui sequunt̄ doctrinā sancti Tho. quidā tenent prem̄ affirmatiuā, quidā pō negatiuā. Et secūdam tenentes prem̄ mouent ex hys eiusdem sancti Tho. Nam ipse in p̄ma parte q. j. ar. vi. querit: vtz sacra doctrina sub vna littera habeat plures sensus. s. litteralem: allegoricum tē. Et primo loco arguit qd non sic. Multiplicitas inquit sensuū in vna scriptura pari confusidē et deceptiōnem. et tollit arguendi firmitatē. Vñ ex multiplicibus p̄positionibz non pcedit argumentatio. sed s̄m hoc aliquē fallacie assignat̄. Sacra autem scriptura debet esse efficac̄ ad ostendendū veritatē absq̄ omni fallacia. Non ergo debent in ea sub vna littera plures sensus tradi. Ecce argumentū sancti Tho. Sequitur r̄sio eiusdem. Ad p̄mū inquit dicendū qd multiplicitas horz sensuū nō facit equocationē aut

aliā spēm multiplicat̄is: qz sensus isti nō multiplicant̄ ppter h: qz vna vox multa significet. sed qz ipse res significatē p voces aliaz rez possunt esse signa. Et ita etiam nulla p̄sio sequit̄ in sacra scriptura cū oēs sensus fundent̄ sup vnū. s. sralem: rez q̄ solo pōt trahi argumentū. Hec sanc. Tho. in forma. Et qd arguit̄ qdā sic. Si sensus multiplicarent̄ in scriptura ex h qz vna vox multa significat in diuina scriptura esset aliq̄ multiplicitas. S; si sub eadē sra sūt plures sensus litterales historici: h est qz vna vox multa significat: q̄ si nō est in diuina scriptura esset multiplicitas: qd est im̄ possibile. Sed ista opinio sustineri nō pōt et motiū etiā est inefficax vt patebit. P̄mū scz qd hec opinio sit inanis: patet rōne supra inducta qd ad illa sba. ego ero illi in patrē. Nā ab oibz expositozibz exponuntur ad sram de Salomone. Et ap̄us ad Heb. os. j. ad sram de chō illa verba allegat. Patet etiā auctoritate. Nam ipse doctor sanctus p̄ma parte vbi supra in cor p̄te ar. et sunt vltima eius verba sic dicit. Quia sō sensus litteralis est ille quē intendit autor. Autor autē sacre scripture deus est: qui om̄ia simul suo intellectu cōp̄hendit. nō est incōueniens: vt Aug. dicit. xij. cōfessio. si etiam s̄m litteralem sensum in vna littera sacre scripture plures sunt sensus. Hec ille in forma. Itē in q̄stionibz de po. dei. q. iij. ar. j. loquens de sensu litterali ait. Omnis vritas que potest diuine scripture adaptari salua circūstantia littere est sensus eius. Et q̄ infert qd cū doctores sancti exponendo p̄mū capitulū Genesis in duos sensus diuidantur: quilibet illoz est sensus diuine scripture. Et clarū est qd loquitur de litterali: vt p̄z intuenti. Idē autē sensit Aug. xij. p̄fess. et Rico. de Lyra. et Paulus burgensis: et multi alij solennes doctores. Dico ergo qd mlros sensus potest diuina scriptura sub eadem sra habere litterales: nec tamē aliquis eoz pōt esse fallus: qz ille sensus est litteralis: quē deus immediate per voces intendit significare. Potest autem deus simul multas veritates intendere: nō autem aliquā falsitatem. Ad motiūz autem alterius opinionis respōsurus p̄mitto qdā. Sciendū

ergo est: quod aliud est equiuocatio, et aliud fallacia seu deceptio secundum equiuocationem. Et sicut aliud est multiplicitas: et aliud fallacia secundum multipliciter. Ubique enim est fallacia equiuocationis est etiam equiuocatio: non autem e converso. Exempli gratia Ista dicitio canis dicitur equiuoca: quia multa significat secundum rationes diuersas. scilicet canem terrestrem: marinum: et celestem. Si ergo fiat tale argumentum. Omnis canis potest latrare: celeste sidus est canis. ergo celeste sidus potest latrare. Sic fallacia equiuocationis: et etiam equiuocatio. Si ipso arguat sic. omnis canis est substantia: ergo celeste sidus est substantia: erit quidem hic equiuocatio: non autem fallacia equiuocationis: eo quod omnes propositiones sint vere in omni suo sensu. Licet autem in diuina scriptura nulla possit esse fallacia: potest tamen in ea esse equiuocatio: cum multe dictiones equiuoce vel analogice in ea ponantur: ut patet legentibus sacros codices. Et multipliciter ergo sensus litteralis et spiritualis: neque deceptio seu fallacia: neque multipliciter accessit in diuina scriptura: ut testatur sanctus Thome. ubi ab aduersariis allegatur. Sed ex multiplicitate sensuum litteralium sequitur quidem multiplicitas: puta equiuocatio: sed non sequitur aliqua fallacia. quia omnes propositiones sacre scripture in omni sensu quem possunt habere vere sunt. Nullum enim est sensus scripture litteralis nisi sit verum et adaptabile littere: salua eius constantia. Ex his autem patet solutio argumenti. Dico enim quod illud quod ibi inferitur. quod in diuina scriptura esset multiplicitas: non est impossibile: ut isti credunt: sed est verum quod in ea non sit deceptio ex multiplicitate: ut dicitur est. Et si queratur quomodo sit ista multiplicitas: Dico quod tribus modis esse potest: ut occurrit ad presens. Uno modo per dictionem mere equiuocam. Alio modo per analogiam. et Tertio modo ex eo quod proprium significatum unius vocis est figura et imago (ut ita dicatur) alterius rei. sicut Salomon fuit expressa figura christi. Tunc enim licet quod de tali dicuntur ut res est: de nullo alio intelligant nisi spiritualiter: tamen quod dicuntur de figura ut figura est: immediate intelliguntur dici de figurato etiam litteraliter.

Sed tamen isto tertio modo non equiuocatur sensus mere litteralis secundum aliquos.

Ad intellectum autem horum sciendum est: quod quando aliquis fuit figura alterius puta Salomon christi: tripliciter potest considerari. Uno modo solum in quantum est figura: Alio modo in quantum est quodam res in se per se et solum. Tertio modo in quantum est quodam res et figura alterius. Que ergo dicuntur de Salomone primo modo. id est solum in quantum est figura christi: verificant solum de christo: ut per prophetam. lxxj. dicit. Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Ista enim Salomoni de qua dicuntur uentire non possunt. Que ipso dicuntur de eo solum ut quodam res fuit: conueniunt ei solum: et non christo: sicut quod fecit repta idolorum. iij. Reg. xj. Que ipso dicuntur de eo utroque modo: verificantur de utroque: sed verius et principalius de christo. sicut est illud. Ego ero ei in patrem: et ipse erit mihi in filium. j. Paral. xxiij. j. Regum. vij. His autem tribus modis potest aliquid dici de quibus imagine. Unde de cruce dicimus quod est redemptio mundi: quo ad primum. et quod est lignum: quo ad secundum. et quod est aliqd. quod ad tertium. Arguitur autem contra ista que dicta sunt: sic. Nam licet ex multiplicitate sensuum litteralium in diuina scriptura non sequatur fallacia vel deceptio: sequitur tamen quod ipsa sit inefficax ad arguendum quando habet plures tales sensus. quod arguere ab ipso textu ad aliquem illorum sensuum: erit arguere tota distinctus ad unam premis eius determinatam: quod secundum regulas dialectice reputatur illicitum. Ad hoc respondet quod licet a solo sensu litterali sumatur efficax argumentum: non tamen ab omni sensu litterali: neque ad omnem litteralem sensum sumatur argumentum efficax: sed solum ab illo sensu: et ad illum sensum qui euidenter constat aut constare potest quod per voces exprimat immediate: proprie: vel figuratiue. Ad maiorem rem tamen horum euidentiam sciendum est: quod quia sub eodem textu traduntur sensus diuersi: ut tradunt sancti quo ad primum cap. libri Geneseos: si diuisi modi sensus diuersi in aliquo concordant: potest sumi inde argumentum efficax: saltem in hoc in quo concordant. Exemplum huius habet Dan. .xx. in

# De sensibus scripturarum

computatione. lxx. hebdomadarum: ubi lxx est positores tam latini quam hebrei diuersimode se habeant ad terminum in quo hebdomade incipiunt: et quo ad progressum computationis: quod tamen in omnibus terminis eorum vltimus tam diu transiit in preteritum: ideo ex ipsa autoritate argumentum efficaciter sumitur adcludendum quod iam diu ehis aduenit. Et quod sequitur quod cum sensus literalis sacre pagine in quibusdam locis non sit idem apud omnes ideo potest contingere: quod ex alio sensu literali possit sumi argumentum validum contra quosdam: puta contra tenentes eundem sensum literalis: non autem contra alios non tenentes illum nisi quando voces ita illi preterunt quod rationabiliter negari non potest. Ista autem diuersitas sepe contingit inter nos et infideles. Sunt enim quedam scripture textus quorum sensus quod est verus et literalis apud catholicos eos non sufficit ut ex eo sumatur validum argumentum contra infideles seu hereticos. Talis est ille textus per prophetam: Verbo domini celi firmati sunt. Sensus enim verus et literalis apud catholicos est: quod verbo domini. i. filio patris celi sunt firmati. Unde et Joannes. dicit. Et verbum erat apud deum. Et infra. Omnia per ipsum sepe verbum facta sunt. Sed ex predicto textu infideles nullam realem distinctionem in diuinis admittentes: sed omnem multitudinem personarum negantes: conuincere non possunt. Dicunt enim quod loquitur propheta more humano: sicut cum de mandato alicuius domini aliqua fiunt: dicitur quod sunt verbo eius facta. Sumit tamen ex huiusmodi textu argumentum validum apud infideles: qui distinctionem diuinarum personarum in diuinis admittunt. Et si forte argumentum tabat apud Hebreos fideles ex sensu quem ipsi admittunt. Est tamen alius sensus diuine scripture vbiq; aut fere vbiq; qui ita patenter est literalis: quod negari nisi per uerendum non potest. Et ex tali sumit argumentum apud omnes admittentes textum. Et taliter arguere non est arguere a tota disiunctiua ad alteram partem: cum non accipiat textus ut eorum duobus sensibus: sed ut limitatus ad unum. Quando autem textus accipitur ut eorum pluribus sensibus quorum quilibet supponitur verus: tunc textus non tenet locum distinctiue virtualis: sed copulatiue: a qua ad singulas partes est sequentia bona.

An quilibet scripture textus  
sine quattuor sensibus exponatur

## Capitulum vii

Est premissa videre

restat: an quilibet passus diuine scripture possit sine omnibus quattuor predictos sensus exponi vel non. Ad intellectum autem istius difficultatis sciendum est ex doctrina sancti doctorum ubi supra. quod isti quattuor sensus sic accipiendi sunt. Dicitur ei est: quod propterea isti sensus multiplicantur. quod deus non solum potest significare vocibus ut homines: sed etiam rebus eo modo quod prophete multoties actibus suis facta predicauerunt. Sensus spiritualis ut dictum est ille est quem deus intendit immediate per voces significare. Vel est ille: quem prudens ut prudens seu recte accipit ex ipsis vocibus immediate. Alii sensus sic accipiendi sunt. Sensus enim spiritualis ut dictum est: consistit in hoc: quod quedam res per alias exprimitur. Ideo autem talis sensus spiritualis dicitur: quod figurari dicitur inuisibilibus et spiritualibus ascribitur: sicut figurare conuenit visibilibus et corporalibus: sicut in Dionysio. Veritas autem quam deus nobis significat. per res figurat ad duo ordinat: scilicet ad recte credendum: et recte operandum. Si ergo ad recte operandum ordinat: sic est sensus moralis: quod alio nomine tropologicus appellatur. Si vero ordinat ad recte credendum oportet distinguere sine ordine credibilitum. Sicut enim dicit beatus Dionysius. in iij. ca. de celestium hierar. status ecclesie ministeris medius est iter status synagoge et status ecclesie triumphantis. Unde vetus testamentum fuit figura noui: et nouum simul et vetus sunt figura celestium. Sensus ergo ordinatus ad recte credendum: fundatus in illa figuratioue que vetus testamentum figura est noui: dicitur allegoricus quod alio nomine tropicus appellatur. Sed fundatur in figuratioue reliqua dicitur anagogicus. Hec ea que hic dicuntur repugnant dictis quibus asserimus: quod anagogia docet speranda. Nam ea que de futura vita credimus: etiam nos quosque vitiosos speramus. Cum ergo quiritur: an quilibet passus diuine scripture omnibus predictis sensibus exponendus sit: Dicendum est quod non. Dicit enim Augustinus. super Genesim. quod in quibusdam solus sensus literalis est querendus. Hoc autem manifeste patet. Sunt enim multa in libris cano-